Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

esse dicat uel præsumat. Quod si quisquam hunc nequissimo
uitio deprehensus fuerit delectari: admoneatur semel et
iterum. Si non emendauerint: correptioni subiaceat. Si
omnes debeant equaliter uinaria ampere. Capitulum lvi

Capitulum 34

Sicut scriptum est: Dividebatur singulis prout cuique op-
ierat. Ubi non dicimus ut parcatur quod absit ac-
cepto sit: sed in caritatem considerando. Ubi qui minus
indiget agat deo gratias et non contristetur: qui uero plus
indiget humilietur pro infirmitate. non erigatur pro misericordia:
ita omnia membra erunt in pace. Ante omnia. ne murmura-
tionis malum pro qualiumque causa: in aliquo qualicumque
uerbo uel significatione appareat. Quod si deprehensus
fuerit quis: districtiori disciplinæ subdatur. De septima

Capitulum 35

Fratres sic sibi septimanarius coquinæ. Capitulum lvii

Ministerium seruiant ut nullus excusetur a coquinæ officio:
nisi aut egritudine. aut in causa gratiæ utilitatis quis
occupatus fuerit: quia maior exinde merces acquiritur.
Infirmitatibus autem parentur solatia. ut non contristentur
fratres: sed habeant omnes solatia secundum modum congre-
gationis: aut posituem loci. Si maior congregatio fue-
rit cellerarius excusetur a coquina: uel sicut diximus
maioribus utilitatibus occupantur. Ceteri uero sibi sub ca-
ritate ministerium seruiant. Egressurus de septimana: sabbato
mundinas faciat. Intra ad quibus sibi fres manus. aut
pedes tergunt. lauet. Pedes uero tam qui egredit. quam
ille qui intraturus est: omnibus lauent. Vasa ministerij
sui: munda i sana cellerario reconsignent. Qui cellerarius
item intrantibus consignet: ut sciat quid det. aut quid recipit